

32 Il garbo dell'imperatore Claudio

Claudio non trova disdicevole chiedere autorizzazioni ai senatori e permessi ai consoli, preoccupandosi soltanto delle necessità del popolo. Così, quando si viene a sapere della sua uccisione, grande è il dolore della gente.

In semet augendo parcus atque civilis praenomine Imperatoris abstinuit, nimios honores recusavit, sponsalia filiae natalemque geniti nepotis silentio ac tantum domestica religione transegit. Neminem exulum nisi ex senatus auctoritate restituit. Ut sibi in curiam praefectum praetori tribunosque militum secum inducere liceret utque rata essent quae procuratores sui in iudicando statuerent, precario exegit. Ius nundinarum in privata praedia a consulibus petit. Cognitionibus magistratum ut unus e consiliariis frequenter interfuit; eosdem spectacula edentis surgens et ipse cum cetera turba voce ac manu veneratus est. Tribunis plebis adeuntibus se pro tribunali excusavit, quod propter angustias non posset audire eos nisi stantes. Quare in brevi spatio tantum amoris favorisque collegit, ut cum profectum eum Ostiam perisse ex insidiis nuntiatum esset, magna consternatione populus et militem quasi proditorem et senatum quasi parricidam diris execrationibus incessere non ante destiterit, quam unus atque alter et mox plures a magistratibus in rostra producti saluum et appropinquare confirmarent.

(Svetonio, *De vita Caesarum*)

PER IL RIPASSO

1. La proposizione evidenziata *ut... populus... non destiterit* è finale o consecutiva? Da quale elemento puoi desumerlo?
2. Trasforma la proposizione analizzata nella domanda precedente in una relativa impropria con il medesimo valore.
3. Le proposizioni consecutive seguono la *consecutio temporum* al congiuntivo? Quale tempo verbale viene impiegato per esprimere l'antiorità rispetto al passato?
4. Come si costruiscono le proposizioni consecutive quando dipendono da una reggente in cui compare un comparativo che indica sproporzione?

VERSIONI DI RECUPERO •
LATINO
Sintassi del periodo